

visio namque tantum in illis punctis juxta naturalem divisoris per illa traducti velut epharmosin exerceri potest, ut praxis monstrabit.

Ergo Multiplicatio Tetractyca naturali connumeratione punctorum ex abaco transcriptorum perficitur.

Divisio.

REG. I.

Divisorem seorsim transcribas in schedulae marginem superiorem, eique postponas ejus duplum, & huic, illius triplum, utrumque per nudam additionem, & habebis instrumentum divisorium mirificum.

REG. II.

Admoveas schedulam Dividendo, videasque cuinam instrumenti numero sinistimae notae dividendi proximè congruant, & habebis tum quorum Lunulae inferendum, tum productum ejus & divisoris, ut nuda restet subtractio. E. g.

Divisor	3 2 10 3 2	Dividendus	1 2 0 0 2 0 3 2 2	(1 2 3.	Quotus
Dupl.	1 3 0 2 1 3 0	resid. 1.	2 1 3 1 1 1 2 2		
Tripl.	2 2 2 3 2 2 2	resid. 2.	2 2 2 3 2 2 2		

E. Divisio tetractyca saltem subtrahendo perficitur.

Nota I.

In Regula de Tri non opus est additione particularium ex multiplicatione secundi cum tertio productorum, sed divisio per primum exerceri potest in ipsis punctis, uti Cap. praeced. diximus, modò resolutio unius, tanquam quaternionis, sinistri perpendiculi in quatuor unitates dextri, & vicissim, reductio quatuor unitatum dextri in unum sc. quaternionem sinistri, si res exegerit, instituatur.

Ex-